

noviter aedificatum. Anno 1717 absolvit theologiam et anno 1718 . . . Sept. incepit tradere theologiam morelem et anno 1720, 20 Novemb., ius canonicum, nuper* 7 Junii missionarius in Aschusen et Buchhoff** denominatus. Anno 1722 iterato theologiae professor, succentor et cancellariae assessor; anno 1723, 19. Novemb., conversorum magister. Anno 1724, 25. Novemb., insuper confirmatus subprior et novitiorum magister; anno 1728, 29. April., parochus in Westernhausen; anno 1729, 18. Octobris, prior et praeses archifraternitatis in Biringen, cancellariae consiliarius ac praesidens primarius. 1732.*** 26. August. abbas electus; insulatus Caesareae a rev. domino Rogério secundo abbate eodem anno, die 9. Novembris, dominica ante festum s. Martini, quae erat 28 post pentecosten.

1733 † interfuit capitulo nationali Caesareae celebrato, die 22 Septembris; anno 1736 15,000 fl. dedit mutuos domino in Berlingen, Joanni Rheinlardo, pro quibus omnes suos redditus in Berlingen cessit, eidem dati 2150 fl. mutui, qui pro hypotheca maiores et minores decimas cessit in Erlebach, prope Ballenberg et Talehgingen (?) in Berlingen; eodem anno ruinosa arx Biringensis †† diruta est reaedificata; 1734. praepositura Mergenthalensis aedificari coepta; 1736 praepositurae in Mergenthal altera pars aedis, sub qua est sacellum, ex fundamento cum cellis aedificatur; 1735 initus est recessus, in cuius praepositura nostra Mergenthalensi tota libera facta est ab omnibus ordinariis et extraordinariis stueris et oneribus. Item decimae nostrae maiores in Ernsbach †† permutatae, receptis a domino comite Hohenloe-Weikersheim minoribus, in villis Muthof, Büschelhof, Berg, Gargen. Item Karlberg et maioribus et minoribus in Schleierhoff †*.

1734 horreum pro decimis in Biringen totum de novo ampliatum aedificatur.

1736 tricae in Orendelsall wegen des Winterfelds cum comite Hohenloe-Weikersheim componuntur; 1736 consecratur nostra major ecclesia die 7. Octobris a rev. domino suffraganeo Herhipolensi Joanne Bernardo, dominica 20 post pentecosten, simul 6 presbyteri ordinati ac altare maius consecratum, anniversaria dedicationis dies est dominica vigesima post pentecosten.

1737 in Februario antiquum refectorium diruitur et ad novi conventus alteram partem versus abbatiam fundamenta fodiuntur. Hoc anno arx Aschusana aedificari coepta est; praepositura Mergenthalensis perficitur.

1738 propter varia negotia et lites cum dominis officialibus Crautheimensibus, circa 9. diem Septembris ivit Moguntiam, conferentiam desuper impetravit cum domino Bursario

* Ist noch von Stöcklein geschrieben, der 1721 starb. ** Aschhausen, D.-M. Künzelsau, und Buchhof, D.-M. Neckarstulm. *** Von hier an beginnt eine andere Hand. † Von hier an die Hand des Abtes Angelus Milnich selbst. †† Ballenberg und Erlebach, Amt Bözberg. Verlichingen, D.-M. Künzelsau. Biringen bei Schönthal, D.-M. Künzelsau. Talehgingen ist wohl ein Gewand-Name, kein Ort. ††† Ernsbach am Kocher, D.-M. Oehringen. †* Büschelhof und Muthof, D.-M. Künzelsau; Berg, D.-M. Weinsberg; Gargenberg, D.-M. Künzelsau; Carlsberg, D.-M. Mergentheim; Schleierhof, D.-M. Künzelsau. Nach der Ansicht des Def. Bauer sind: Berg, Gargen und Karlberg wahrscheinlich Gewand-Namen der Gegend zwischen Muthof und Schleierhof.

et consulente Surman, ad conferentiam deputatus praenobilis dominus de Reigesberg et dominus consiliarius aulicus Schneider. Vide acta. — 1738. nova abbatia ex fundamentis erigitur; novus ornatus cum 4 casulis comparatur cum reliquis pertinentiis ad 1500 flor.; item Moguntiae calix lapidibus pretiosus pro 1050 flor. Eodem anno novo aedificio Aschusano tectum est superpositum. Sacellum Mergentheimii benedictum uti et in Gommersdorff.

Anno 1739 rogatus, ut defuncto rev. Caesareensi abbate Rogério praesideat¹ novae electioni, praefuit² et 6. Julii electus est rev. Coelestinus Moermos: vivat! Vide copiam³ hic repositi. Aderat pariter rev. abbas Constantinus de Campo-Principum. Benedictionem commissione illustrissimi domini generalis impertivit rev. Salemitanus; primus assistens Angelus, abbas Schönthalensis, secundus rev. Amandus, abbas ad Sanctam Crucem Dono-Werdiae.

Anno 1740 denuo Moguntiam ivit propter tricas Crautheimenses. — 1740 novae abbatiae tecta imponuntur, remanente una parte (die 3te Pabifon) aedificanda in futurum. 1740. nova arx Aschusana perfecta et habitari coepta est in Octobri. Eodem anno turris lateralis, in qua coquina est, saxo ardoso⁴ sive fissili, vulgo Schieffestein, tecta,

1741 in vigilia sancti patris Bernardi culina in nova abbatia usui esse coepit.

1742 novum equile et macellum aedificata sunt et conclavia novae abbatiae gypsario opere vestiri coeperunt. Die 20 Maii 1742 in dominica sanctissimae trinitatis 5. altaria fixa, scilicet sanctissimae trinitatis et omnium sanctorum; 2) altare sanctorum apostolorum Petri, Pauli et omnium sanctorum apostolorum et evangelistarum; 3) agoniae Christi; 4) annunciationis; 5) in sanctorum Stephani, Laurentii, Mauriti, Sebastiani, Valentini et sancti Christophori honorem consecravit*, in iisdem reliquias de sanctis Lilioso et Austero inclusi, quas in hunc finem rev. dominus suffraganeus Herhipolensis Joannes Bernardus transmisit. — 1742 sacellum Aschusanum publicum die prima Augusti a decano Crautheimensi fuit benedictum in honorem beatissimae virginis Mariae, sanctorum Nicolai, Benedicti, Bernardi, Mauri, Roberti Stephani, Alberici et omnium sanctorum ordinis nostri.

1744 iterato requisitus a rev. Salemitano, ut sui loco visitaret monasterium Ebracense, quod munus suscepit, et 31. Junii ibi adveniens postero die actum capitulariter licet die festo incoepit (nam adventus exercitus Austriaci ad 13,000 in Berlingen castra transeundo metaturi reditum urgebat) eoque absoluto die 8^o mane discessit.

1745, die 7 et 8 Junii dedicavi altare sancti patris nostri Bernardi et sancti Joannis Baptistae. — Die 13. Junii consecravi altare sanctorum archangelorum et angelorum Michaelis, Gabrielis, Raphaelis et caeterorum omnium sanctorum angelorum. — Die 14 altare sanctae crucis sub titulo Jesu Christi

¹ praesideat prima manu, praesideam sec. manu. ² praefuit sec. manu. ³ Dieses Wort ist nicht mehr lesbar, da die zweite Hand auf die erste corrigirt hat. ⁴ ordosio, Ss. sehr unbedeutlich.

* Hier gebraucht Angelus Milnich die erste Person, während er oben zuerst in der dritten sprach. In der Folge gebraucht er wieder die dritte und dann wieder die erste Person.